

Y C
627

Medicinæ
DOCTORUM & LICENTIATORUM
publicâ solennitate
in Salana
promotorum
Syllabus
metricè conscriptus
&
promotis hodie Doctoribus
(*Novenario Musarum numero*
respondentibus)
benevolè inscriptus
à

M. ADRIANO Beierii /
Ecclesiæ Jenensis
Diacono,
A.C. 1644. 29.8bris.

JENÆ
Typis Lobensteinianis.

8

M

CH

Ec

H



*Conciliator
præsentis Locationis:*

ad

Novem Naturæ Consultos:
Medicinæ Doctores hodie Promotos:
novos ægrorum Patronos,

Jova juvante,

procul dubio
fideles & felices,

boni

nominis & ominis ergo

directus

nominatim :

Christianum Augustum *Mithobium*,

Cellâ Lunæburgicum.

Eccardum *Leichnerum*, Saltzungâ Ordru-
viensium, & jam Ephordiensium Phy-
sicum.

Heinricum Steinmeßen/Ilebergâ Misni-
cum, in patria Physicum.

A 2

Ja-

Jacobum Haberstro^m Pegaviā Misnicum:
perillustris Comitis in Stolberg &
Wernigeroda / ut & hujus urbis Medi-
cum Physicum ordinarium.

Johannem Georgium Macasium, Egrā Bo-
hemum, Zwiccaviensium Medicum.

M. Johannem Nicolaum Finckium,
Schmalkaldia-Francum.

Joannem Theodorum Schend^e / Jena-
Thur.

M. Joannem Zenckerum , Schleizā-Va-
riscum.

M. Josephum Clauderum , Altenburgō-
Misnicum, Practicum apud Francohu-
sanos ordinarium.

Non vos bīc ētas: doctrinæ copia ō vos:
nō vos fors & fors jā patefacta locat:
Non vos officiū: non tempus dis- q̄ putandi:

Nominis at vestri litera prima locat.

Sic bīc Doctorum Medicorū primus & imus
sūt in honore pares: sunt in amore pares.

Salvete:

Hanc proculdubio mirabimini Loca-
tio-

tionem, quam *juxta initiales Nominum*,
 vestratum literas factam, geminâ impul-
 sus causâ usurpare volui. *Prima vos met-*
 ipsos concernit Honoripetas & Compe-
 titores; qui *jam* convenitis, *jam* differtis.
Convenitis respectu Medici & Studii: &
 Tituli: & Ministerii. Etenim suos *Medi-*
 trina vos omnes & singulos nominat Alu-
 mnos: novos *Salana* vos omnes & singu-
 los salutat Doctores: fidos *Hygiea* vos
 omnes & singulos exoptat Ministros. *Dif-*
 fertis ratione tūm *Scientiae & Experiencie.*
 Etsi Vos omnes & singuli eximios in
 Medicinæ studio stadioque progressus &
 prefectus fecistis: *attamen* unus alteri
 præstat. Dona enim sua in vobis *juxta*
 beneplacitum Deus coronat. *Ast* designa-
 torem & diribitorem agere hīc nolo, *ad-*
 monitus exemplō *Pāridis*, aureum qui pa-
 mum, quō Pallas præ reliquis Deabus di-
 gna fuit, Veneri dedit: tūm *Spartæ & Pro-*
vinciæ: Etsi Vos omnes & singuli, ob
 illustres Scientiæ & Experiencie Medicæ
 radios, officiis ac muniis publicis tām in-

Aulis, quām in Rebus publicis cum fruge
 ægrotantium & cum laude vestratē obe-
 undis, digni estis: duntaxat tamen Nonnulli
 jam adepti Physicatum: *Quidam* dulcedi-
 ne vitæ Academicæ capti, privataq; con-
 tenti sorte, nullam Medici publici Spar-
 tam hactenus ambierunt: *Reliqui* spem,
 de vocationibus ad splendida Archiatro-
 rum Aulicorum & Physicorum publi-
 corū munia acceperūt indubiam. Propter
 eā abstinui à locatione juxta cujusvis of-
 ficiū impræsentiarum instituenda, *Hippo-*
crates imitatus Jenenses, vestros nimirum
Præceptores & Promotores, qui Candi-
 datos interdum non muniorum intuitu
 collocārunt: sed sortilegii respectu ordi-
 nārunt.

Altera scilicet causa varias Academia-
 rum respicit consuetudines. *Quæ locatio*
 vel Promotorum Doctorum, vel gratu-
 lantium Fautorum in hac album, in alia
 nigrum meretur lapillum & calculum. *In*
quādam Universitate cujusvis Facultatis
Professores continuâ & collocantur se-
 rie

rie, & leguntur lineâ; quos alii deinceps sequuntur Doctores Professoriô adhuc destituti munere. *In alia autem alia observatur consuetudo*, juxta quam singularum Facultatum Doctores Theologi: Juridici: Medici: Philosophi, licet quidam duntaxat ad Professiones ecclesi publicas, in processionibus aliisque in locationibus ordinati videntur.

Salanam quod attinet nostratem: (Universitates enim extraneas silentii sifario peploq; involvo ipsâ lubentiâ lubentior) Professores superiorum trium Facultatum in ea ita præferuntur suarum Facultatum Doctoribus Jenæ versantibus, ut Professores etiam Medicis præcedant Curiæ provincialis Advocatos, qui omnes & singuli hodie U. J. D. legitimè promoti audiunt. *Hac tamen conditione:* si Professores prædictarum Facultatum sunt Doctores publicè renunciati. Cum enim A. C. 1605. II. Jan. M. Joannes Debelius Rhemda Thuringus Ordruviô - Comitatûs Gleichen sis oppidô, in quo annos XXVI. Superinten-

dentis partes sustinuerat, Jenam venisset:
unâ cum M. Petro Piscatore LL. orienta-
lium PP. ad professionem vocatus Theo-
logicam, medium inter Medicos & Philo-
sophos PP. obtinuit locum, & demùm im-
petratô in Fac. Theol. Doctoratu , JCtis
& Medicis PP. ivit superior, uti testatur
Liber Actor. Acad. Jenens. fol. 449.

*Si quis verò instantiæ loco, Doctoratus
Juridici A. C. 1644. 8. Aug. apud nos ce-
lebrati objiciat gratulationem, typis Weid-
nerianis impressam, in qua quidam Super-
intendens in Electoratu Saxon. qui pro
Licentia in Fac. Theolog. tantum dispu-
tavit, duobus Juris D. & in Salana PP. nec
non quidam Doctor Juris in Electorali A-
cademia vivens, nondum PP. duobus Me-
dicinæ D. & apud nos PP. fuit prælatus :
in hoc habeat responsum.*

- - Quandoq; bonus dormitat.
Homerus.

Ergò & Collocator iste ejusq; Collaborator.
Qui in locatione prioris non ad Licentiam ,
pro quā obtainenda, egregiè respondit :

sed

sed ad Ephoriam, quam ornat fideliter, respexit: *Quæ excusatio & prætensio tam
men heic loci non habet locum.* Cum & Theologus PP. Gradu Doctoreo nondum ornatus, Juridicis, & Medicis D. PP. inferiorire soleat. Ut exemplô Debelii & Piscatoris ex ipsis Archivis demonstravi Academicis. *Possim & tertium,* qui adhuc in vivis, & totius Academiæ Senior, jam jam octogenarius ad miraculum vegetus, si opus esset, addere.

In posterioris autem ordinatione respe-
citum habuit non propriè ad Titulum Do-
ctorium: quô extra Salanam insignitus,
verùm ad officium, quô tamen in hunc
usque diem destitutus, professorium. Sed
quicquid sit: alia Jenæ, alia alibi locorum
consuetudo Gratulantium vota & carmi-
na locandi in viridi, ut ajunt, observantia
habetur. Quàm sæpè Patronos suos &
propinquos aliis quidam anteponit ho-
norationibus! Prætereo, quod ordo in lo-
catione Gratulantium concinnatus, ty-
pothetarum potuit inverti incuriâ, vel

aliò modò, quia exemplar præscriptæ locationis, licet postulatum, motâ jam controversiâ, non amplius inveniri & exhiberi potuit. Conjecturam hanc auget quidam Gratulantum ultimò, nescio à quo, & qua de causa, positus locô, qui tamen Philosophiæ Magister seu Doctor, & ut audio, Philosophus & Philologus non ultimæ caveæ, nec non in publico Recto-ratûs scholastici officio constitutus, de re pubeque literaria indies merentissimus habetur.

Ne igitur & in hac locatione errorem errare videar, hunc, quem videtis, excogitavi & usurpavi ordinem, qui nulli prod est, & nemini obest, quem in bonam ut partem interpretari velitis, velim ut cum maximè. Nunc ad rem.

ArchTheologum (quò nomine Sereniss. Electori Saxonico, D. Joanni Georgio I. à primariis Aulicis Concionibus Confessionibus sacris, & Ecclesiasticis Consiliis, D. Matthias Hoe ab Hohenegk, D. Joannem Gerbardum quodam in Car-

mi-

mine publicis exscripto typis, dignatus)
Architheologum, inquam, Jenensem in
 colloquio Amicorum familiari, brevia n-
 te beatum suum obitum, & summâ qui-
 dem modestiâ, cui totus ex animo erat
 addictus, dixisse bene memini. Nuper in-
 quiebat, matriculam inspexi & pervolvi
Theologicam, in qua plures meô, quam
 meorum singulorum Antecessorum tem-
 pore inveni *Theologiæ Doctores* publicè
 promotos: & quidem non sine debita gra-
 tiarum actione ad ter opt. ter max. ter
 summum directa Deum qui plantationi &
 irrigationi meæ meorumque Collegarum
 dedit incrementum, (I. Corinth. 3, 6.) Do-
 cuit autem ab A. C. 1616. quô ipsâ Domi-
 nicâ Cantate Coburgô Ienam auspicatò
 venit, usque ad A. C. 1637. 17. Aug. quô
 sanctam efflavit animam, & quidem horâ
 jam sonante tertiatâ pomeridianâ, quâ ad
 prælectiones itare solitus erat publicas.

Ab hoc Architheologo pervenio ad
Archiatrum Jenensem, quô encomiô Bona
 jam dudum fama *D. Gvernerum Rolevin-*

A 6 cium,

tælo-
 i con-
 hibe-
 tqui-
 quo,
 men-
 e ut
 noz
 ecto-
 de re
 limus
 ore
 cogi-
 prod-
 m ut
 tçum
 Sere-
 Geor-
 nibus
 sticis
 negk,
 Car-
 mi-

cium Hamburgō. Saxonem P. P. famige-
 ratissimū Fac. Med. Sen. mactavit, saluta-
 vit, celebravit. Omnes & singuli *eius Ante-*
cessores ab ipsis Academiæ incunabulis
 A. C. 1558. 2. Febr. ad A. C. 1629. *vix* XLII.
 Medicinæ Doctores, unō inclusō Licen-
 tiatō, solenniter proclaimārunt: *Ipse* verō
 à primo suo in Salanam ingressu, A. C.
 1629. 13. Maji, ad A. C. 1644. 29. 8br. per
 quindecim saltem annorum intercedinem,
 iuis cum Collegis, partim beatè defunctis:
D. Antonio Varo Vinariā- & D. Zacharia-
Brendelio secundo Jenā- Thuringis: partim
 adhuc in vivis. Triumviris nobilissimis:
D. Paulu Marquardo Slegelio Saxone: Se-
 renissimi Sax. Ducis *Dn. Wilhelmi IV.* Vi-
 nariæ residentis Consiliario Medico, jam
 Reipublicæ patriæ in Hamburgo, Gambri-
 viæ seu totius Aquilonis metropoli ab
 ipso Carolo M. Imper. constituta, Physi-
 co Ordinario: **D. Gothofredo Mæbio Lau-**
chā - Thuringo Chimicæ Artis Magistro
 scientissimo & experientissimo: **D. Chri-**
stophoro Schelhamero Hamburgo-Saxone,

Bo-



Botanico, Anatomico, Chirurgico famigeratissimo, hodie Academiæ nostratis Rectore Magnifico, totidem ferme Candidatis λόγῳ πείρᾳ fulgentissimis numerô XL. Doctoratus Medici insignia & privilegia solemni actu rituque contulit. Utinam plures in Medicinae im posterum promoveret, quam in Juridicina D. Samuel Gryneus Simonis Filius, JC. Basiliensis, qui infulis, quod mirere, ultra trecentos & sexaginta, quorum magna pars ad Republicæ clavum, variis adscendit in locis, ornavit! Sed ad meum redeo Rofincium. Ille ipse è Leucorea in Salanam Universitatem A.C. 1629. 30. Jan. vocatus, hanc d. 13. Maji felici ingressus sidere, in ipso Professionis limine scholas statim aperuit. *Botanicas: Anatomicas: Chirurgicas: & Chimicas* tandem, tantò Naturæ conatu: tantò Fortunæ successu: tantò Fame applausu, ut primæ & imæ caveæ homines in ejus admirationem & devenerationem rapti tractique, ad eundem tanquam ad singulare Naturæ miraculum, & commune

nige-
luta-
s An-
bulis
KLII.
icen-
e verò.
A. C.
r. per
linem,
nctis:
aria
artim
mis :
e: Se-
v. Vi-
o, jam
mabri-
li ab-
Physi-
Lau-
gistro
Chri-
xone,
Bo-

omculum catervatim certatimq; conflu-
rent, eundemque alterum velut *Æscula-*
pium & Asclepiadem respicerent, consule-
rent, coletent, (mihi vera scribenti suffra-
gantur Jenæ incolæ & Salæ accolæ quo-
quotsunt, pñanimis.) In primis Medicinę
Alumni à facundo & foscundo ejus ore
dependentes innumeri, assidui, attenti, ea
audire, ea videre, ea discere media, quæ
ante ejus adventum in Botanicis: in Ana-
tomicis: in Chirurgicis: in Chimicis non
ita perspicuè & proficuè, ritè & scitè, per-
spectè & perfectè fuerant in medium pro-
lata. *Dies enim diem docet:* Artesque cùm
ingenuæ cùm mechanicæ incrementa in-
dies capiunt.

Hinc *Equus velut Trojanus, & Insula*
qf. Scandia, quæ populorum plurimorum
vagina & mater à quibusdam creditur,
Ejus fuit schola, è qua eximii Natu-
ræ Consulti & quotidiarii humanae misera-
riæ non spectatores tantùm, sed & opitula-
tores, Jehovâ eos fortunante, prodierunt,
numerô plurimi, Scientiâ imbuti: experië-
tiâ

*tiā suffulti : praxi fortunati : muniis hono-
rati : dignitatibus splendidi : de ægrotabun-
dis bene meriti : & gradibus Academicis
insigniti.*

Hos inter, *Deus Medicinæ Conditor,*
Medicamentorum Largitor, Medicorum,
Rector & Director, & Vos collocavit, &
unumquemque ingenio ac judicio ad
Medicinam fundamentaliter descendam :
feliciter faciendam : fideliter docendam,
donavit, ornavit, beavit admodum pro-
clivi & facilimō. Quibus de bonis, Vobis
omnibus & singulis divinitus concessis,
animitus gratulor, & divinæ gratiæ in Vos
derivatæ perennitatem compreco. Ut
autem indubium animi mei erga Vos
optimè animati extet testimonium, Sylla-
bum Medicinæ Doctorum & Licentiatorum,
publicâ solennitate in Salana hactenus
proclamatorum, metricè conscriptum, &
Vobis publicè inscriptum, offero & nun-
cupo. Pro quo chartaceo & levidensi mu-
nusculo, Consilia duntaxat & auxilia me-
di-

flue-
scula-
fule-
ffra-
quot-
cine
ore
ti, ea
quæ
Ana-
s non
per-
pro-
cūm
a in-
nsula
rum
, ,
tat u-
mise-
tula-
ant,
erië-
tiā

dica, mihi meisque, non quidem opto, sed
si durum telum, necessitas, Fatis ita volen-
tibus, urgebit & jubebit, expeto.

Valete.

Dabam in Salana meo è Musæo in
Leuteriana platea, à purissimo Leuteræ
rivulo profluente denominata. An. C.
1644. 29. 8br. vestræ promotioni sacro.

V.

Excellent. & Ex-
perient.

Cliens

M. Adrian Beier /
Eccl. Jen. Diac.

C^{AN}S C^{AN}S C^{AN}S C^{AN}S
Jova, juva!

THeiologos cecini Doctores ordine nup,
dixit Theologi quos pia Triga chori.
Nunc Medicos vili Doctores carmine tollā,
solemni fecit quos Hygiæa modō.
Jurisconsultos aliud differre creatos
me jubet in tempus Fama Themisq; potes.
Pareo, meq; paro Medicorum nomina ferre:
digni sunt Medici laude & honore Boni.
Jova, juva Medicos cātantē: Fautor & Autor
ô Medicamenti maxime, Jova, juva.

PROMOTIONUM.

PRIMA:

A. C. 1558. 28. Martii.

Ut Matricula Med. p. 2. vel 29. ut Liber
Actorum p. 29. docet.

Vice Cancellariō & Vice Decanō Primō D.
JOANNE PONTANO Vinariæ Archia-
tō Aulicō, in locum D. JANI CORNARII
primi Decani ante Actum, scilic. 16. Mart.
defuncti, substituto; nec non Promotore
&

o, sed
olen-

eo in
cuteræ
An. C.
acro.

X-

Beier /
Diac.

& Brabeuta D. JOANNE SCHROTE-
RO Vinariá-Thuringô, Phil. & Med. D.
P.P. Comite Palatinô Cæsareô, & Magni-
fico Salanae Rectore primo.

I. SIMON WILDIUS Illustriss. Sax.
Ducis D. JOANNIS FRIDERICI III. Vi-
nariæ residentis Archiater, A.C. 1560. m.
August. quō Colloquium inter M. MAT-
THIAM FLACIUM Theologum, & M. VI-
CTORINUM STRIGELIUM Philosophū
ambos in Salana PP. in Aula Vinariensi de
originali peccato & Libero Arbitrio non
sat auspicatò habitū, beatè defunctus, di-
sputationem præside D. JOAN. SCHRÖ-
TERO habuit inauguralem.

*A*rgentorati Medicinæ insignia primus
Andreas Schilling/Cæsare dāte, capit.
Doctores inter Medicinæ Amplonius omnes
Ratting Erfarto primus in urbe cluet.
Nomine Jacobū Mesenbergl ordine primū
Doctorem Medicum Lipsia culta vocat.
Bernhardum Schiller primum Witeber-
ga decōrat
Doctoris Medicis nomine, honore, gradu.

Te,

Te, Simon Wildi, Medicinæ Jena salutat
 Doctorem primum, præmia primus habes.
 Hunc Doctoralem clementer visitat Actum,
 Fratrum Saxoniae splendida Triga Ducū.
 Gnatī nempetui, Joan-Friderice, fidelis
 Ensifer Imperii, Dux pie, Duxq; potens.

SECUNDA:

A.C. 1558. 22. Aug.

Vice Cancellario & Vice Decano D. JO-
 ANNE HUMMELIO I. Reipublicæ Sal-
 veldensis Poliatro; nec non Promotore
 D. JOANNE SCHROTERO PP.

I.

II. M. MICHAEL NEANDER è valle
 S. Joachimi Bohemus, in Salana Mathe-
 matum initiò, Medicinæ deinde PP. na-
 tus A.C. 1529. 3. April. denatus Jenæ A.C.
 1581. 23. Iobr. pro gradu de Tbermis sub D.
 J. SCHROTERO disputavit.

INter Philosophos Michael, Medicosq;
 Neander,

it, Doctor Medicus Philosophusq; cluet.

Hunc

OTE-
 d. D.
 agni-

 Sax.
 . Vi-
 o. m.
 MAT-
 M. VI-
 sophū
 nsi de
 non
 us, di-
 IRÔ-

 imus
 , capit.
 omnes
 uet.
 primū
 ocat.
 teber-

 mdt.
 Te,



Hunc dederat titulō Sophici Witeberga
Magistri:

Doctoris Medici mactat lēna gradu.

II.

III. M. ACHATES CORNARIUS D. JANI
Filius, Zwiccaviā Cygnæorum Variscus:
Creutzenazi ad Rhenum Physicus, dispu-
tationem de Dysenteria, Præside D. JOAN.

SCHROTERO inauguralem
ventilavit.

JAni Cornari patris vestigia Achates
torquet, Doctoris nomine dignus ovat.
Heroū Gnatos noxas qui dixit, utrōq;
confusus revocet jam sua dicta virō.

TERTIA:

A. C. 1560.

Decanō D. IOANN E SCHRÖTERO PP. &
Brabeuta.

D. MICHAEL NEANDRO PP.

IV. LAURENTIUS HIELIUS Ves-
tiā-Clivensis: Medicinæ PP. in Salana
constitutus: peste obiit A.C. 1566. 17.7or.
pro Gradu de Morbo Gallico, præsidio pro-
cul-

cul-dubio Neandrino, A.C. 1559.

13. Sbr. differuit.

*Nobile Clivorum Laurenti. germen, Hieli
à viridi lauro nomen & omen babes.
Dat tibi lauriferos Salanns Phœbus hono-
atg Professores inter habere locum. (res,
Lætas accedit tædas Vinaria Iuno:
Ienensis tristem sed Libitina rogum.*

QUARTA:

A. C. 1561. 25. Febr.

Decanô D. MICHAELE NEANDRÔ PP. &
promotore D. LAURENTIÔ HIELIÔ
PP. si divinare licet.

V, M. MAURICIUS THAURER
Grefenthalensis Thuringus : in Salana
Assessor Facultatis & Philosophicæ & Me-
dicæ: postmodum Archiater Cassellis Has-
siæ: pro gradu *de Catarrbo* Præside, ni fal-
lor, Hielio, A.C. 1561. 10. Febr.

Quide florigeno dicit tua nomina Rore,
Maurici Thawer, crima nulla patrat.
Eusebie: Sophie: Charitum pia Trigaq; pe-
rroraverunt, & Meditrina, tuum: (Etus
.

Dicendo: Hic Medicus Doctor sophicusq; fo-
rore ægrotorū membrā gravata suō. (cillat

Q U I N T A :

A. C. 1562.

Decanō, & Brabeuta D. IOANNE SCHRÖ-
TERO PP. Aulæ Cæsareæ & sacri Pala-
tii Lateranensis Comite.

VI. M. IOBIS FINCELIUS Vinariâ-
Thuringus: initio Phil. PP. & postea Me-
dicæ Fac. Assessor, *Mirabilium Collector:*
ordine in Patria & apud Cygnæos Physi-
cus, *de Lue Pestifera* pro gradu inaugura-
lēm habuit disputationem.

JObi Fincelio fabricat Vinaria cunas:
alma Magisterij dat Witeberga gradū.
Sed Doctoralem concinnat Iena corollam,
& concinnatam fert Hygiæa lubens.

Ejus opē medicā Vinaria Patria poscit, (bens.
atq; Urbs de Cygni nomine nomen ba-

S E X T A .

A. C. 1570. ultimō Jan.

Decanō D. LUDOVICO STURMIO Vinaria-
Thuringo PP. & Brabeutā D. MI-
CHAELE NEANDRO PP.

VII.

VII. M. IACOBUS FLACHIUS Iena-
Thuringus, ordine Phil. & Med. PP. na-
tus A. C. 1537. 4. 9br. denatus Ienæ A. C.
1611. 21. Iulii, pro gradu *de Hydropis
Natura A. C. 1570.* 4. Id. Ian.
disputavit.

*J*Ena tibi Nutrix: Fautrix tibi Iena: Iacobe
Flache, & promotrix patriæ Iena tibi.
Quamvis fert titulū Sophici Witeberga Ma-
Iena tamē Medici nomina clara tibi. (gistro:
Et Sophicā & Medicā tibi spartā Patria cre-
Hinc ornas sanctāgnav9 utramq; fide. (dit.
Nomine Iacobus: Iacobus es omne: morbos
Supplantas: vires restituisq; novas.

II.

IX. ERHARDUS HEDENECK, in-
terdum Waldeck in Matricula Med. p. II.
& 17. indigitatur: Villaco in Carinthia
oriundus, Germaniæ & Italiæ per-
Iustrator celebris.

*E*Hiinhart, te varias regiones vifere, Wal-
à puero juvit, te variasq; Scholas. (deck.

Te

Te Patavinā suis excepit dulciter ulnis,
ing̃ sinu fovit lēta Tubingā suo,
E terris Reduci peregrinis faustiter arte
obtulit in Medica tunc Meditrina gradū.

SEPTIMA.

A. C. 1671. 18. iōbr.

Decano D. ANDREA ELLINGERO Orla-
mundā-Thuringo PP. & Promotore
D. MICHAEL NEANDRO PP.

IX. M. IACOBUS ZOBER Vinatiā-
Thuringus, Physicæ insalana PP. pro gra-
du disputavit de Elephantiasi Præsi-
dio D. M. NEANDRI.

Jacobus Zober natus Vinariæ ad Ilmum;
Sed Jenæ ad Salā doctus in Arte vagū.
Huic in Atheneo Jenensi promit honores
Philosophia suos, & Medicina suos.

Gloria Maonidū celebratur carmine Jacob
Zoberus, nec non gloria Pæonidum.

OCTAVA:

A. C. 1581. 19. Junii.

Decano D. IOANNE SCHRÖTERO Reduce
PP. & promotore D. ANDREA EL-
LINGERO PP.

X.

X. R
RUS
cina
8. Ju
grad
de
SA
Ja
Exc
li
Insig
C

Dec
TER

XI.
Sax
PP.

X. PHILIPPUS JACOBUS SCHROTERUS, Austriacus D. JOANNIS Filius: Medicinæ in Salana PP. natus Wiennæ A. C. 1553 8. Jul. denatus Jenæ A. C. 1617. i. Jun. pro gradu sine præside de Causo seu Febre ardente A. C. 1581. 12. Maji disputavit masculè.

Sangvine Thuringum, Jovâ moderante,
Philippum

Jacobum Schröter clara Vienna parit.
Excipit optatis translatum Jena sub ulnis,
literulasq; docet cum pietate bonas.

Insignit Medici tandem Doctoris honore,
& Professoris nomine maestat eum.

NONA:

A. C. 1583. 20. Aug.

Decanô D. JACOBO PHILIPPO SCHROTERO, & Promotore D. JOANNE FRIDERICO SCHROTERO Fratribus Germanis & PP.

XI. M. JACOBUS BUCHAMERUS, Halâ-Saxo: JODOCI, Med. D. in Acad. Wienn. PP. & in Aula Archiepiscopi Mogunti-

Bnen-

erte
gradū.

Orla-
ore

natiâ-
o gra-
xsi-

mum;
vagū,
ores
uos.

Jacob
m.

educe
L-

X.



nensis D. ALBERTI, Medici Filius ; PHI-
LIPPI Med. D. patruelis , & PHILIPPI
Med. D. ac Reipubl. Halensis Consiliarii
Frater : in ipsa Doctoratūs solennitate duxit
GERTRUDAM D. DAVIDIS VOITI SS.
Th. D. in Salana PP. filiam : obiit Cizæ A.C.
1586. pro gradu præside D. JOAN. FRID.
SCHROTERO PP. de Calculo Renum & Ve-
sicæ A.C. 1583 .3. Idus Quintil.
disputavit.

JACOB Buchamer Medicorum stemmate
cretus,

vexillum sequitur, clara Hygiæa, tuum.
Patris Jodoci vestigia pressa patrissans,
& Patrui & Fratris moriger ipse legit.

Omine Buchamer: Buchamer nomine: vite
Huic liber est, mortis malleus estq; feræ.
De Buchamero Juno & Meditrina meretur
certatim, & præfert huic ad amata faces.

DECIMA:

A.C. 1590. 23. April.

Decanò D. JACOBO FLACHIO PP. &
Brabentâ D. PHILIPPO JACOBO
SCHROTERO PP.

XII.

XII. *M. DANIEL USLERUS* Lunæburgensis Saxo : Physicus Reipublicæ successivè Neostadiensis ad Orilam : Plauensis : & Schlaccowaldensis, disputavit pro gradu A.C. 1589. 20. 7br. *de Epilepsia*, præside

D PHILIPPO JACOBO SCHROTERO, PP.

Lunæburgiacis Daniel Uslerus *in oris*
editus est : Phæbi captus amore sacri.
Hunc imo & primo Medicinæ maëstatis honore
Jena, favens Medicis Philosophisq; viris.
Neustadium illius medicamine: Plavia: lassa
& Schlaccowalda est usq; juvante Deo.

UNDECIMA:

A. C. 1591. 12. Aug.

Decano *D. JACOBO FLACHIO* PP. &
 Promotore *D. ANTONIO VARO*
Vinariá-Thur. PP.

XIII. *ELIAS REISNERUS* Leorinus
 Silesius : *D. NICOLAI JCti in Salana* PP.
 Frater Germanus : Historiarum & Poëseos
 in eadem PP. nascitur A.C. 1555. 8. 7br. de-
 nascitur Jenæ peste corruptus, An. C. 1612.
 1. 8br. disputatione *de Universali purgandi*

B 2 me-

; PHI-
 LISSI
 filiarii
 duxit
 i SS.
 A.C.
 FRID.
 & Ve-

nmate
 uum.
 ,
 it.
 e:vite
 fer&.
 eretur
 faces.

P. &
 BO
 XII.



*methodo, præside D. ANTONIO VARO PP.
pro gradu A.C. 1591. 24. Julii habita , Li-
centiæ , quam vocant, Lauream in Aula
Collegii Majore Promotionibus etiam
tunc Medicis, ut programma testatur, addi-
cta, publico soleniq; ritu collatam, hacte-
nus in Facultate Medica omnium primus in
Academia Jenensi impetravit , & de su-
doris sangvinei causis disseruit.*

*Est Melicæ tribui, Medicæq; addictus Eli-
Reusner, Salanæ portio grata Scholæ. (as
Pæonidum cultor toto celebmtur in orbe,
Veridica à Fama, cultor & Aonidum.
Argentoratū videt hunc dare tēpora Musis
& Basilea potens, & Witeberga, piis.
Pæoniæ tribuit Salana Licentiæ honores
& Professoris munia tradit ei.
Pharmacadum multis parat auxiliaria, peste
corripitur, morti præda fit ipse feræ.*

D U O D E C I M A :

A. C. 1593. 15. Maii.
Decanō, ut conjicio, D. PHILIPPO JACOBO
SCHRÖTERO PP. & promotore D. JA-
COBO FLACHIO PP.

I.



I.

XIV. M. GEORGIUS CHILIANI Altenburgo Misnicus; Spalatini Nepos: M. CHRISTOPHORI MULLERI Archidiaconi Ecclesiæ Jenensis facundissimi Socer: Aularum Saxon: Altenburgi & Vinariæ Archiater: natus A. C. 1554. 28. Maii denatus A. C. 1614. 17. 8br. pro gradu de Phrenitide Præside D. J. Flacbiō A. C. 1592.

20. 10br. disputavit.

*E*st Altenburgi felici siderenatus,
Jovā dante, Nepos, o Spalatine, tuus.
Jenæ impetravit Sophici Medicis Magistri
nomina: nam geminō dignus honore fuit.
Quis fuit ille? suū prænomen, dive Georgi
à Te: cognomen sed, Chiliane, trahit.

II.

XV. M. JOANNES PHILIPPUS LONERUS Thomæ pontanus Thuringus
L. B. Ruthenorum Archiater & Reipubl.
Schleitzen sis Physicus: pro gradu de Melancholia disputavit A. C. 1587. 11. Januar.
præside D. Philippo Jacobo Schrötero PP.

B 3

Et

I.



ET te, Ioannes, *Hygæa*, Philippe Lonere
Archiatrū in praxi promovet alma tua.
ad medicos scandis non saltu dignus honores,
sed triplici, Phæbi lege jubente, gradu.
Te Ruthenorum Medicū colit Aula Baronū,
nec non Urbs horū Schleitza Varisca suū.

DECIMA TERTIA:

A. C. 1602. 1. Nov.

Decurione D. ANTONIO VARO PP. & Pro-
 motore D. PHIL. IACOBÔ SCHRÖ-
 TERÔ PP.

I.

XVI. *M. MICHAEL REUDENIUS* Ie-
 nâ-Thuringus, D. *Ambrosii Theologi* PP.
Filius; Facultatis Philos. Adjunctus
 & Decanus: Reipubl. Schlaico.
 waldensis Physicus.

TE Medicum, Michael Reudeni, appellat
 Hygæa

Doctorem in patria, dignus es ipse, Schola.
Schlacco walda suū Physicū te nominat; ergo
deseris hinc patriæ limina grata tue.

II.

31
II.

XVII. *M. MICHAEL CLEMENS*
Schmalkaldiâ-Francus; Lipsiæ & Ham-
burgi successivè poliater; pro gradu *de*
Vermibus A.C. 1601. II. 10 br. præside
D. Phil. Jacob. Schrötero
disputavit.

T' E, Michael Clemens Doctorē dicit Iēna,
Lipsia & Hāburgū Te medico usq; fuit.
Ægrotis Clemēs: inclemens dicere morbis,
arrident Phæbo nominatanta tuo.

III.

XVIII. *JACOBUS FABRICIUS Rosto-*
chiô Megapolitanus, P.L. Cælareus, cir-
ca A.C. 1619. 12. 9 br. in jubilæo Acad. Ro-
stochiensis secundo PP. floruit, pro gra-
du de Incubone præside D. Phil. Jac. Schrö-
tero PP. A.C. 1602. 4. Kal. Nov.
disputat.

ET Melicâ & Medicâ dudū dignissime laurô
Jacob Fabrici, dignus utramq; capis.
Nomini inest om̄e: vitæ faber optimus audis,
corpora enim fulcis, ne labefactaruant.

B 4

Qui

**Qui longos aliis annos fabricare laboras,
ipſe aliquando tuos non fabricare potes.**

I V.

XIX. ANDREAS ELLINGERUS, Jenā- Thuringus, D. ANDREÆ in Salana PP. Filius: D. Philippi Jacobi Schrōteri PP. Gener: Reipubl. Jenensis & Mulhusinæ Physicus, pro gradu de *Hydrope*, præside D. ANTONIO VARO, An.C. 1602. id. Octob.

disputavit.

Andrea Ellinger patrissas: nomine patrī pares, ritè gradūs parēt honore patri. Auxiliatrices non parvō tempore Jenæ atq; Mulhusino porrigit ipſe manus.

V

XX. PETRUS Krauß/ Magdeburgō Saxo; D. RUDOLPHI WILHELMI Krauß U. J. D. & in Salana PP. Pater: Reipubl. Naumburgensis Physicus & Consul, etiamnum superstes, pro gradu de *Dysenteria* præside D. JOANNE FRIDERICO SCHROTERO, Phil. Juris Utriusque & Med.D.

A.C. 1602. II. Cal. 9br. disputat.

Ægro-

ÆGrorum Petra est, cùm retum nomine
Petrus (vigeret.

Krauß/qui Naumburgo Consul in Urbe
Illiū Gnatus sinuosa volumina Juris
explicat in ludo, Jena decora, tuo.

Naturæ-Genitor. Consultus dicitur: autem
Juris-Consultus Gnatus in orbe gravis.
Consulere ille potest Naturæ, quādo labascit:
quando opus est, Juri consulere hicce
potest. (probauit

Quād bene conveniunt Genitor Gnatusq;:
Naturæ & Juri consilia ambo ferunt,

DECIMA QUARTA:

A. C. 1603. 21. 9br.

Decanō D. IACOBO FLACHIO PP. &
promotore D. ANTONIO VARO PP.

XXI. M. MAURITIUS SCHRÖTER Isle-
biā-Saxo WOLFGANGI U. J. L. & Cancel-
larii Mansfeldici Filius: JOANNIS, Med.
D. & PP. Nepos: Fac. Philosoph. in Sala-
na Adjunctus: Electoralium Sax. Lipsiæ
& Grimmae Alumnorum Medicus; in il-
la A. C. 1615. 27. 10br. defunctus: pro gra-

B 5 du

du A.C. 1603. II. 9br. præside D. A. VARO
disputavit de Arthritide seu morbo
articulari.

Natus Avô es Medicô vitales lucis in au-
ras,

Mauriti Schrōter, sed Patre Juridico.

Non Patris, sed Avi vestigia strenuus urges:
Juridicina alios: Te Medicina juvat.

Quisq; suæ sequitur Naturæ semina: tandem
Fortunæque capit præmia quisq; suæ.

DECIMA QUINTA:

A. C. 1604. 10. 10br.

Decano D. ANTONIO VARO PP. & pro-
motore D. JOANNE FRIDERICO
SCHROTERO Fac. Med.

Assessore.

I.

XXII. ELISEBIUS Schendf Groloppio-
Bohemus: Reipubl. Geranæ, Zwiccaviae-
que ordine Physicus, Dn. Ruthenorum,
L. B. à Plauen Archiater, & tandem in
Salana PP. natus A. C. 1569. II. April. de-
natus Ienæ A. C. 1628. 25. 8br. pro gradu
de Convulsione, præsidio D. JOANNIS
FRI-

FRIDERICI SCHROTERI, Philos. Medic.
& Utriusque Iuris Doctoris legitimè pro-
moti, olim in Salana Med. PP. tunc ejusd.

Facult. Assessoris, disputationem A.C.

1604. 5. 9br. habuit.

Eusebius nobis proponit nomina Schenckel

quæ lectu & scitu digna notare juvant.

Dicitur Eusebius, verò qui flagrat amore

Eusebies. Cordi est huic pietatis amor.

Pocula qui tradit, Pincerna vocatur. Amicâ

Ille dat ægrotis pocula mista manu.

Hunc Salana gradu dignū Doctoris honorat,

ac inter Medicos collocat arte graves.

Hunc Professorem Salana salutat, & inter

Cōscriptos numerat, Principe dāte, Patres

Hunc Salana vocat Rectorem fascib. amplū,

inter Magnificos, Munificosq; locat.

II

XXIII. PETRUS AMELUNGUS Stenda-
liā-Marchicus, pro gradu de Dysenteria,
A.C. 1604. 23. 9br. præside D. JACOBO

FLACHIO PP. disputavit.

Petrus Amelungus, Medicinæ cultor habetur:
quē nostra misit Marchia docta Scholæ.

*Auribus à puero Medicis solerter adhæsit,
Paeoniæq; hausit commoda multa rei.
Propterea sūmos Medicinæ natus honores,
atq; tulit tituli digna bracea novi.*

DECIMA SEXTA:

A.C. 1607. 8 Junij.

Decurione D. PHILIPPO JACOBO
SCHROTERO PP. & Hierophantâ
D. JACOBO FLACHIO PP.

I.

XXIV. CHRISTOPHORUS FULDA
Sultfeldiā in Principatu Hennebergico
Francus: M. ANDREÆLL. Orientalium
in Salana PP. & Schleusingensis deinde
Antistitis *Filius*: denominatus Reipubl.
Northusanæ Physicus, natus Ann. C. 1578.
15. Maji, denatus Ienæ A.C. 1615. 16 Aug. pro
gradu A.C. 1607. II. Cal. Jun. disputatio-
nem *de Diæta Ægrotorum* præside D. PHIL.
JAC. SCHROTERO habuit, & in Doctora-
tus solennitate simul nuptias celebravit cum
ANNA, M. Conradi Limnæi Eccl. quon-
dam Ienensis Diaconi, & Buttstädiensis
Pastoris filia unica.

Chri-

CHRISTOPHORUS nomen Christi de nomine:
Fulda.

nomen de Fulda nomine ritè gerit.

Cur non Fulda, Patris vestigia ponis in Arte,
Theiologisq; sacras tempora avara libris?

Cur sectaris opes studiò fervente Galeni
acer? ut hoc Medicō pulvere victor ovem.
Victor ovas: Medicum tribuit tibi Lena bra-
& Medicū sequitur consiliū aegratuū. (beū.

II.

XXV. M. LUDOVICUS CROESELIUS.
Iglaviâ- Moravus: pro gradu de Phtisi D.
Ant. Varô PP. A. C. 1607. 5. Jun.
diiputavit.

Committit sese medic& Ludovicus arenæ
Crœiel, proq; Gradu verba polita facit.
Dumq; docet lenta damnum immedicable
tabis,

omnia Doctorum puncta meretur ovans.
Et cū Christophoro Medicorū insignia Ful-
accipit, & Patrios gaudet adire lares. (da

DECIMA SEPTIMA:
A. C. 1609. 1. Aug.

B 7 De-

Decanô ANTONIÔ VARÔ PP. & Teleste
seu Promotore D. PHILIPPÔ JACOBÔ
SCHRÖTERO PP.

XXVI. JOHANNES ERASMUS FLO-
SERUS Winshemio-Francus disputatione-
nem pro gradu *de Sanitate & Indicationi-
bus* præside D. Joan. Fridericô Schröterô
Fac. Med. Assessore, A. C. 1609.

8. Jul. habuit.

JOanni confert Doctoris nomen Erasmo
Flösero, Medicis Jenae sacra viris.

Hæc dignum pretium virtuti ponere gaudet,
& dare Doctrinæ præmia digna solet.

Virtutē nutrit pretiū: data præmia servant
Doctrinam. Gratis pœnitet esse probum.

DECIMA OCTAVA:

A.C. 1610. 27. Aug.

Decanô, D. PHIL. JACOB O SCHRÖTER O
PP. & designatore D. ANT.
VARO, PP.

I.

XXVII. SEBASTIANUS ROTH Lipsiâ-
Misnicus, ni fallor Sebastiani Rothii Au-

ro-

robachio-Palatini, Med. D. in Acad. Lipsiensi PP. & Facultatis Medicæ Decani perpetui, in ordine XI. A. C. 1555. defuncti
Nepos: Reipubl. Nivemontanæ Physicus: pro gradu *de Melancholica Desipientia*, præside D. Antoniô Varô. PP. A. C. 1610.

10. Aug. disputavit.

Digna Sebastiano Medicinæ præmia Rothen

Antoni Vari lingva manusq; dedit.

Et meritò. didicit qui agnarus Apollinis artes
 Naturæq; bonas utilioris opes.

Lipsia de cuius testatur patria nisu,
 atq; Urbs de niveo nomina mōte trabens.

II.

XXIX. M. PAULUS MACASIUS
 Lichtenstadio - Bohemus: in Thermis
 Carolinis: Egræ: & Zwiccaviæ tandem
 Medicus; pro gradu *de Artbritide* præside
 D. Jac Flachio P.P. disputationem A.

C. 1610. 6. Jul. habuit.

*PAulus Macasius clarissimus arte Bohem⁹
 Pæonia, & Patrij stella corusca Poli.*

Namq;

*Namq; hominum Medicâ curâ producere
fatum,*

illorumq; dies amplificare valet.

*Egra ægia est testis, Cygnæaq;: in urbibus
illis*

felix ægrotis pharmaca certa dedit.

*Hunc Paulū ornavit Doctoris nomine pridē
Maccasium ex merito splendida Jena suo.*

III.

XXIX. *JOANNES ADAMUS Schwartz*
*Sultzbachio- Palatinus: Reipubl. Vinari-
ensis Physicus, & D. Joannis Ernesti Juni-
oris Sax. D. in peregrinationibus Archia-
ter, natus A.C. 1586. 25. Iobr. denatus Vi-
nariæ A.C. 1620. 8. Febr. pro gradu A.C.
1610. 20. Jun. præside D. Phil. Jac. Schröte-
ro PP. de fluxu Hepatico disputavit & in Do-
ctoratus solennitate uxorem duxit Annam
Mariam D. Ambrosii Reudenii
Theol. in Salana PP.
filiam.*

*JOannes Adam cognomine Schwartz:
sed ipsâ
albus re, purâ condidi orgâ nive,*

Sultz-

Sultzbachî natus: Jenæ promotus in Arte
Phæbæa Doctor: Sponsus itemq; fuit.
Cum Duce Saxoniæ peregrinas tendit ad
oras

Joanne Ernesto, fidus Amicus ei.
Fortunante Deô, salvus Vinariæ ad Aulam
pervenit, atq; brevifunere mersus obit.

DECIMA NONA:

A. C. 1614. 5. April.

Decanô D. ANTONIO Varo, PP. & promo-
tore D. JOANNE FRIDERICO SCHRÖ-
TERO Fac. Med. Assess-
sore.

XXX. M. TOBIAS Haberstro Pegaviâ-
Misnicus; in patria, & Wernigeroda or-
dine Physicus: pro gradu de *Apoplexia*,
præside D. Zacharia Brendelio Seniore PP.
A. C. 1614. 2. April. disputat, & in Actu
Doctorali nuptias celebrat cum Catbarina
D. Antonii Vari PP. filia, & Christo-
phori Neumeieri U. J. D.
vidua.

Salve, Tobia! Medicorum Curio salve!
Haberstro/Medici gloria magna cbori.

Te

Te *Physicum Coluit Pegavia patria: deinceps*

*Artificem vite Wernigeroda sue.
Tu patrissante in Gnato post funera vivis,
qui Doctoratu partibi, & officio.*

VIGESIMA:

A. C. 1615. 10. Jan.

Decano D. ZACHARIA BRENDELIO
Seniore PP. & promotore D. PHILIP-
PO JACOBO SCHRÖTE-
RO PP.

XXXI. JOANNES JACOBII LONE-
RUS Cizā-Misnicus: Weissenfelsæ Physi-
cus Ordinarius; pro gradu *de causis, signis,*
amotione q̄ Nephritidos, præside D. Joanne
Friderico Schrötero Fac. Med. Allesso-
re, A. C. 1615. 7. Jan.

habuit.

JOanni Medico Jacobo tradidit artes
Lone ro docto sana Hygiæa viro.

*Artibus his usus felici fidere, multis
& prolongavit, sorte favente, dies.*

*Hinc ipsi medicum decrevit Jena brabeum,
nullus labore potest quod temerare dies.*

VI-

VIGESIMA PRIMA:

A.C. 1616. 25. Iun.

Decano & Agonotheta seu Promotore
simul D. ANTONIO VARO PP.

XXXII. PETRUS VOLRADUS Stargardia-
Pomeranus, Reipubl Altenburgensis
Physicus: pro gradu *de Epilepsia* præside

D. Philippo Jacobo Schrotero PP.

A.C. 1616. 15. Iun. disputat,

Petrus Volradus natus Stargardiæ in oris
extitit, & multis auxilia alma tulit.

Propterea Varus Promotor itemq; Decanus
buic tribuit Medici præmia summa gradus.

VIGESIMA SECUNDA:

A.C. 1617. 5. 9br.

Decano & honorariæ Tiaræ Diribitore
simul D. ZACHARIA BRENDELIO
seniore PP.

I.

XXXIII. M. DAVID Meissne Vinatiâ-
Thuringus: Poliater Salveldensis: pro
Gradu XIII. miscellas Controversias Medi-
cas, præside D. Antonio Varo PP. A.C.
1617. 30, 8br, exhibuit.

In-

Jubila lætisono dum nostra Ecclesia plausie
 concipit, atq; Deo cantica grata canit,
Ad Salicam David festinat Meisius edem,
 Phœbeaq; petit dignus in arte gradum.
Obtulit huic patrios Vinaria clara penates,
 Saxoniæ Ducibus quæ celebranda venit.
Hunc Physicum ex voto Salveldia naëta pe-
 ritum,
E medicamentis illius usa fuit.

II.

XXXIV. ZACHARIAS BRENDELIUS
Junior Ienâ Thuringus, ordine Reipubl.
 Pefnicensis Physicus: Glauchæ ap. L. B. à
 Schönburg; & apud D. Franciscum Sax.
 Inferioris, Angriæ & Westphaliæ Ducem,
 Archiater: Vinariæ Poliater, & tandem
 in Salana Med. PP. nascitur A.C. 1592. ipsiſ
 Cal. Ian. denascitur A.C. 1618. 13. lun. pro
 gradu XX. *controversias Medicas* præ-
 side *D. Ant. Varo PP.* ex-
 hibuit.

Zacharias Brendel patri cognominis: arte
 par Patri *Aonia*, *Pæonia*q; fuit.

par

Par Patri titulō: Medicus nam Doctor uterq;

Hic erat Hippocrates: ille Galenus erat.

Deniq; par Patri commissō munere: uterq;

Professor Salica clarus in urbe fuit.

VIGESIMA TERTIA:

A. C. 1619. 3. Aug.

Decano D. ZACHARIA BRENDELIO Senio-

re PP. & Designatore D. EUSEBIO

SCHENCKIO PP.

XXXV. JOANNES MERCKERUS, The-

marā Francus; Saltzungæ & Breitun-

gæ Medicus.

Ioannes Mercker multas profectg Athenas,

quas Latium ostendit: Gallia quas q; foveat.

In quibus artifices vitæ, gratæq; salutis

vidit & audivit non sine fruge graves.

Post multas redijt felici sidere aristas,

artibus exultus, moribus atq; probis.

In Salico nomen Doctoris grande Lycæo

nactus, Saltzungæ Pharmaca sana tulit.

VIGESIMA QVARTA:

A. C. 1619. Cal. 7br.

Decano D. EUSEBIO SCHENCKIO PP. &

Promotore D. JOANNE FRIDERICO

SCHRO-

SCHROTERO Facult. Med. Asses-
sore.

I.

XXXVI. *LAURENTIUS MOENIUS*,
Stargardiâ Pomeranus, Reipubl. Reichen-
bachensis Medicus, & D. IOAN PHILIPPI
Sax. D. Altenburgi residentis, Archiater ;
pro gradu *de Peripneumonia A.C. 1619.*
30. 8br. disputavit.

*Diceris à Lauri viridanti nomine amænæ,
Laurenti Mœni, nomen & omen adest.*

*Nam Doctoralis cingit tua tempora laurus,
Aonio associat Pæonioque choro.*

*Reichenbachensis te consulit incola, & agrâ
voce salutarem poscit anhelus opem.*

Altenburgensi felix post Consulis Aulæ.

Est Medic⁹, Princeps Jane-Philippe, tug.

II

XXXVII. *JOANNES NESTERIUS* Cutiâ-
Variscus, P.L. Cæsareus, Reipubl. Culm-
bachensis & Rochlitiensis Physicus ; pro
gradu *de Epilepsia*, præside D. JOANNE
FRIDERICO SCHROTERO, Fac. Med. As-
sessore, A.C. 1619. 23. 8br. disputat, & in-

Actu

*Aetū Promotionis dicit Mariam , D. PHILIPPI IACOBI SCHROTERI PP.
filiam.*

*Binos, Ioannes Nestere, adipiscere honores
in Medica arte virens , atq; in amore
vigens.*

*Clara Hygiæa facit Medicū Te: cchara Maria
te Sponsum. Nymphâ dignus utrāq; clues.
Ienâ Culmbachium te confers: inde vocatq;
Urbis Rochliti mænia clara petis.*

*In quibus exerces Phæbæas sedulus artes ,
& reficis Medicâ corpora læsa manu.*

VIGESIMA QUINTA:

A C. 1625. 14. 9 br.

*Decano D. EUSEBIO SCHENCKIO PP.
& Promotore D. ANTONIO
VARO PP.*

*XXXIX. CHRISTIANUS LUIA Weis-
senfelsâ Milnicus: Reipubl. Patriæ Medi-
cus & Physicus Ordinarius: pro gra-
du de Cacochymia dispu-
tavit.*

*Artifices inter vitæ, Fabrosq; salutis
Christianū Lujā docta Hygiæa refert.
Hic*

Hic Weisenfelsæ vitæles natus in auras ,
 quam Leucopetræa lingva Pelasga vocat.
 In Roseo mecum Musarum castra Lycaeō
 quondā se Etatus, quod vagus Unster adit.
 Ienæ Pæonia Docturam naEtus in arte ,
 jam Medicus celebris docta per om volat.
 HaEtenuis in patria panacéam præbuit ægris,
 Herbasq; succos sparsit odoriferos.

VIGESIMA SEXTA:

A. C. 1626. 26. Ian.

Decano D. EUSEBIO SCHENCKIO PP.
& Promotore D. ZACHARIA BREN-
DELIO Seniore PP.

I.

XXXIX. BALTHASAR GLASSIUS Son-
dershusâ-Thuringus , Sereniss. Sax, Du-
cum, D. Alberti in Isenaco , & D. Ernesti
in Gotha residentium, nec non Illustr. Co-
mitum de Schwartzburg in Arnstadio ,
Archiate: pro gradu de Apoplexia, præsi-
de D. EUSEBIO SCHENCKIO PP. A.C.

1626. 20. Ian. disputat.

No-



Nostræ Balthasarem Doctorem Glassium
Athenæ

proclamant, Medicis equiparantq; viris.
Nomine Balthasarē, omine dico: operire
thesaurum ingenii non solet ille sui.

Nomine & hunc vitreum, non omne
dico: latentem,

ferreus in tabem, ferreus inq; luem est:
Ceu frater Salomō Gothana Doctor in urbe
ferreus in vitium, flagitiumq; ruit.

Hūc Dux. Sax. Princeps pius: inclutus Heros:
martis honore vigens: Artis amore virens:
Ernestus, nostris dictus Majoribus Ehrnvest/
quēis curæ & cordi gloria honorq; fuit.

Grimensteinensis reparator strenuus Arcis,
(quam desolavit, Mars, tua dextra potēs.)
Ac in ea sanctæ devotus Conditor ædis:
Hunc, inquam, Medicū consulit atq; colit.

II

XL. QVIRINUS Schmalz Erfurtō-Thu-
ringus: in perpetuata patriæ ad Hieram
Universitate Medicinæ PP. pro gradu de
Phtisi præside D. ANTONIO VARO PP.
A.C. 1626. 24. Jan. disputat.

Nomine Doctoris decorat Salana Quirinū
Schmaltziū; Apollineō digno hōore viget.
Nam Medicō tractare modō sibi credita novit
pignora, Phæbæis cordaq; sacra choris.
In patria solers artemq; usumq; medendi
jā docet, atq; aliis dat Medicā arte gradū.

VIGESIMA SEPTIMA.

A.C. 1628. 3. Mart.

Decano D. ANTONIO VARO PP. & pro-
motore D. ZACHARIA BRENDELIO
Juniore PP.

XLI. M. WOLFFGANGUS ULRICUS Am-
thor Schleusingā Hennebergico-Francus:
D. Caspari, Poliatri & Physices in Gymna-
sio Silvianio PP *Filius*: successivē Sleitzæ
& Geræ physicus, tandem Sereniss. D. Fri-
derici Wilhelmi Posthumi Sax. D. Alten-
burgi jam residentis Archiater, pro
Gradu de *Dysenteria* dispu-
tat.

Wolfgangum Ulricum Phæbus solen-
niter Amthor
supremo medicam auctat in arte gradu.

Ca-

Caspari Patris *vestigia pronus adorat*
 & Fratri *exemplum præbet in arte suo.*
Principio Slaitzæ: pòst Geræ exercuit artem
Pæoniam, multis & tulit artis opem.
Sed dū, Saxoniæ Dux ô Friderice Wilhelme
te curat, mortæ præda petita cadit.

VIGESIMA OCTAVA.

A.C. 1628. 7. 8br.

ViceDecanô *D. ZACHARIA BREND-*
*LIO Juniore PP. & Promotore *D. AN-**
TONIO VARO PP.

XLII. *ANDREAS NITNERUS Martis-*
burgô Misnicus: Reipublicæ Halensis
in Saxonia Physicus.

*A*ndreæ patriam Nitnero nobile castrum
 fortis Mavortis præbet, at Hala Lares.
Scire potestates herbarum usumq; medendi
confert Jova potens, & benedicit ei.
Eius doctrinæ dignissima præmia honorum
pendit Iena, gradum pæoniumq; parat.

VIGESIMA NONA:

A.C. 1630. 20. Maji.

Decanô *D. GVERNERO ROLEVINCIO*
Hamburgô-Saxone PP. nato An. C. 1599.

15. Novembr. & Promotore D. ZACHARIA
RIA BRENDELIO Juniore PP.

XLIII. JACOBUS JOEL KOCH Wite-
bergâ-Saxo D. JACOBI, Med. in Acad.
Witeberg. PP. & Electoralis Archiatri
Collegiique Med. Dresdensis Aulici Se-
nioris, *Filius*: in Patria Physicus: pro gra-
du de *Plica Polonia* A.C. 1630.

7. Maji disputat.

Jacobus Joel oriundus stirpe Coquorum,
Jacobô Medicô progenitore satus,
Patrissaturus velis remisq; Galeni
volvit Apollineos Hippocratisq; libros.
Inq; Decanatu primo, Roflincke, brabéum-
orat, & impetrat non sine laude, suo.

TRIGESIMA.

A. C. 1632. 30. 8br.

Decanô D. ZACHARIA BRENDELIO Ju-
niore PP. & Promotore D. GVERNERO
ROLEVINCIO PP.

I.

XLIV. M. SALOMON HAUSMAN
(Smöllensis Misnicus: Reipubl. cùm Neo-
stadiensis ad Orilam, tūm Vinariensis ad
Il-

Illum Physicus, obiit A.C. 1633. progra-
du de Podagra A.C. 1630. dis-
putavit.

TE Salomon Hausman Sophie vocat ar-
te Magistrum:

*Doctorem Medicum te Meditrina vocat.
Doctores inter, quos lingua diserta creavit
Roflinckî, Medicos ordine primus ades.
Hujus opem fluvio est experta Neapolis Orlæ
proxima, & Oenagore tēpore clara brevi.
Dum tristes tentat vicini pellere morbos,
mors fera captat eū, mors fera raptat eū.*

II

XLV. CHRISTOPHORUS SEBASTIA-
NUS Ayrer Onoldiñô Francus: D. CHRI-
STOPHORI PHILIPPI, Phil. & Med. D. Mar-
chionum Anspachio- Brandenburgensium
Consiliarii & Cameræ Praefecti, Filius: na-
scitur An. C. 1609. 2. Jun. denascitur Jenæ
A.C. 1633. 9. Maji, pro gradu de Phrenitide
præside D. GVERNERO, ROLEVINCIO
PP. A.C. 1632. 5. 8br. disputat.

Christophorū Medicō dignatur hōore Se-
Ayrer/ Apollineæ Jenadicata rei. (bastū,

C 3 Ægrum

CHA-
Wite-
Acad.
hiatri
ci Se-
ogra-

os.
éum,
.
10 Ju-
ERO

SMAN
n Neo-
nsis ad
Il-



Egrum me potuit verbis herbisq; mederi,
 & febris tremulæ pellere damnamœ.

Consilio innixus Rolevinci: cuius ab ore
 pendebat totus. facta utriusq; cano.
facta utriusq; canā, dū Jena docebit alumnos
 Musarum, & pisces dum Salaritè dabit.

III

XLVI. MARTINUS THYMIUS Naumburgō - Thuringus, Chimicus eximus,
 Reipubl. Vinariensis Physicus, etiamnum
 fidelissimus & felicissimus; pro gradu de
 Nephritide præside **D. ANTONIO VARO**
 A.C. 1632. 29. Jun. disputat.

Martinus Thymius Chimicæ spes altera
 Gentis,

Hippocrates nostræ gaudet adire scholæ,
 à quorum Medicis feliciter auribus haurit

& melicæ artis opes: & medicæ artis opp.

Doctoris titulo Medici mactatus, ad Ilmum
 Oenagoram Physicus ritè vocatus abit.

Sicut sva Thymū certatim querit apū grex:
 sic Thymum Medicū consulit æger homo.

Et ceu molle thymū dat mellea dona: salubres
 sic Thymius succos, poeclaq; mista facit.

IV.

XLVII. VICTORINUS GREGORII Weisenfelsâ-Misnicus, ordine Republicarum Martisburgensis; Halberstadiensis & Brunsvicensis Poliater & Physicus, pro gradu *de Hydrope Ascite*, præside D. GVERNERO ROLEVINCIO A. C. 1630.

9. Jul. disputat.

Doctorē Medicum te, Victorine Gregori,
nominat ex merito sana Salana tuo.
*Vicisti quoties Parcarum Numinis, vita
& prolongasti vilia fila datæ?
multoties te, Brunopolis jam provoco tesci,
Hippocratem faustō Numine, cuius agis :
Salve morborum victor: victricia signa
atq; triumphalem gratulor ore gradum.*

TRIGESIMA PRIMA.


A.C. 1635. 8. 8br.

Decano D. ZACHARIA BRENDÉLIO Ju-
niore PP. & promotore D. ANTONIO
VARO PP.

XLIIX. NATHAN VOGTUS Servestanus
ex Anhaltinis Saxo, Reipublicæ patriæ
Physicus, & Comitum Barbyensium Ar-
chiater: D. EUSEBII SCHENCKI PP. Gener:

C 4

pro



pro gradu de Arthritide præside D. GVER-
NERO ROLEVINCIO PP. A.C. 1635.

27. Febr. disputat.

NAthani Medicæ Doctruræ insignia Vogto
solenni confert nostra Salana modō.

Servestæ, patria medicas bene tractat in Urbe
artes, & morbi noxia damna levat.

In super in Comitū de Barby sedulus Aula
Archiate gratam fert Medicæ artis opem.

TRIGESIMA SECUNDA:

A. C. 1637. II. IOBR.

Decanō D. GVERNERO ROLEVINCIO PP. &
Promotore D. ZACHARIA BRENDELIO
Juniore PP.

I.

XLIX. M. ANDREAS MOLLERUS Pe-
gavia- Misnicus; P. L. C. Gymnasi Frei-
bergensis Proreector: Ebrææ Lingvæ PP. ac
Poliater tandem felicissimus: dissertatione
de Contagio Pestilente, pro gradu A.C.

1637. 28. Nov. pro-
posuit.

Andreæ fabricat cunas Pegavia Moller,
datq; Magisterij Lipsia magna Gradum.

Hunc

Hunc Professorem sanctæ Freiberga salutat
lingvæ, Doctorem sed pia Jena creat.

II.

L. JOANNES GEORGIIUS HEINISIUS
Witebergâ- Saxo, Reipubl. Cizensis Pra-
cticus: Annæbergensis Physicus denomi-
natus: in castris Svecorum apud D. Joan-
nem Banerum, Dn. in Mulhamer & Wer-
dern, Generasissimum, Medicus, pro gra-
du de Epilepsia, præside D. Gvernero
Rolevicio A. C. 1637. 8. iobr.

disputat.

T'equoq; Joannes Medicâ re clare Georgi
Heinisi, titulis ornat Hygæa novis.
Te Salana videt Doctorem: Ciza vetusta
Archiatrū celebrem te Medicâ arte vocat
Claratuos succos petit Annæberga salubres;
sed frustrâ, optatus Svecica castra subis.
Nam te Joannes Baner, Mæmortius Heros
evocat, Archiatrum constituitq; suum.

III.

LI. HEINRICUS PLANCUS Lavingâ-
Palatinus: M. Joannis, Rectoris Sultz-
bachensis, A. C. 1629. m. Febr. defuncti,

C 5 Fi-

Filius : Reipubl. Noribergensis Practicus : pro gradu de *Dysenteria*, præside D. Antonio Varo PP. A. C. 1635. 5. 8br. disputat.

HEinrico patrio Planco Lavinga penates exhibet, ast artes dat Witeberga bonas.
Doctorum tribuit Jenensis Hygæa, salutis artifices inter sed Noriberga locum.
Hic lustra ante duo mélæ pars optima nostre incoluit Soceriparvula tectamei.

IV.

LII. *MICHAEL STOSSELIUS* Islebia-Saxo : Reipubl. patriæ Physicus, pro gradu de *Cardialgia* A. C. 1630. 9. 8br. Præside D. Zachariâ Brendelio Juniore PP. disputat.

Impernat in *Medica* Michael Stösselius arte

Docturæ, Phæbō non renuente, gradum. pōst operas Patriæ defert Islebiæ, & egris Pæoniâ Medicas applicat arte manus.

Hunc condiscipulum mihi docta Salana faventem;

Sed convictorem Laubia mensa dedit.

V.

LIII. ABRAHAMUS BIRNBAUM

Ascanius Saxo: pro gradu de Catarrbo,
præside D. Gvernero Rolevicio PP. A.C.

1637. 27. 9br. disputat.

A Brahamus Birnbaum Phæbi viridaria
plantarū magno captus amore diu. (visit,
Non frustrā: summos Medicinæ Phæbus ho-
nores

Huic donat, plausum datq; Hygeæa suū.

TRIGESIMA TERTIA;

A.C. 1638. 12. Jan.

Decanō D. GVERNERO ROLEVINCIO PP. &
promotore D. ZACHARIA BRENDFLIO
Juniore PP.

LIV. M. MICHAEL Schwanshöfer Ra-
tisbona-Bavarus, in Republ. patria Pra-
cticus: natus A.C. 1608. Cal. 8br. pro
gradu de Affetu hypochondriaco præside
D. Z. Brendelio PP. A.C. 1637. 4. 8br.
disputat.

AD nostram Michael te clara Ratisbona
mittit,

Schwanshöfere, Deō sic moderāte, scholā.

C 6 in-

Practi-
cide D.
br.

renates
bonas.
lutis
m.
nostre

slebia.
o gra-
r. Præ-
io-

ffelius

dum.
gris
us.
na fa-
dit.
V.



*in qua Philosophos Medicosq; audire Docētes
te decet, & scitu digna notare juvat,
Hinc tibi Philosophi titulum tribuere Ma-
gistri:*

Docturā & Medici: dignus utroq; gradu es.

TRIGESIMA QUARTA:

A. C. 1638. 25. Ian.

Decano D. ZACHARIA BRENDELIO Junio-
re PP. & Promotore D. GVERNERO
ROLEVINCIO PP.

LV. CAROLUS Schäfer Halâ - Saxo
Dn. Andree. Reipubl. Halensis Camera-
rii filius: Dn. Joannis Oberländers in Ru-
dolphstein & domûs in Schleiza Teutoni-
cæ Commendatoris Gener pro gradu,
de Purgatione A. C. 1638. 18. April.
disputat.

*Exoptat Carolus succis herbisq; juvare
egrotos, mensæ portio grata meæ.*

*Huic dat Jena gradum Medicinæ: Slaiza Su-
fannam*

Oberlenderam jungit amore parem.

*Ultitur illius Medicis feliciter herbis
accola, Sala, tuus: incola &, Hala, tuus.*

TRI-

TRIGESIMA QVINTA:

A. C. 1638. 15. 9br.

Decano D. PAULÔ MARQUARDÔ SLEGELIO
natô A. C. 1605. mense Augusto: & Bra-
bentâ D. GVERNERÔ ROLEVINCIO, Facult.

Medicæ Seniore, utroq; Hamburgô-
Saxone, PP.

I.

LVI. *ANDREAS MACKIUS* Oberlau-
râ- Francus: genuinus & sincerus D. Jo-
annis Zeidleri Lembergio- Silesii, Phil. &
Med. Doctoris & in Tilieto PP. discipu-
lus: D. Joan. Casimiri Sax. D. & D. Ludo-
vici Guntheri Comitis de Schwarzburg
in Rudelstadt Archiater, pro gradu *Deca-*
dem de Dysenteria: Scorbuto: Astmate &
nonnullis aliis, præside D. Gvernero Ro-
levincio PP. A. C. 1638. 24. Aug.
ventilat.

Andrea Macki, Phæbæon nobile in borto
germen & Hippocratis cultor amicitui:
Oberlaura tibi præsagit patria laurum,
Lipsia quam spondet, sed tibi Iena refert

C 6 Olim

*Olim urbs Coburgum tua pharmaca certa
poposcit:*

Nunc Rudolphopoliste Medicô alta viget.

II.

LVII. *FRIDERICUS BALDUINUS* Wi-
teberga- Saxo : patri Theologo in eadem
PP, cognominis : præside D. Paulo Mar-
quardo Slegelio PP. de *Calculo Renum &*
Vesicæ, pro gradu A. C. 1638.12.8br.
disputat.

O Friderice , Patri cognominis , optime
stirpis

surculæ Balduinæ, lux patriæq; tue :
Quare Theiologi spernis vestigia Patris,
atq; subis Medici docta Lycaea chori ?
Eusebies quare supremos spernis bonores,
contentus Medici forte graduq; manes ?
Cuiq; suum pulchrum est : non omnibus
una voluntas : (crates.

quod cupid Hippocrates : rejicit Harpo-
Cuiq; suū dulce est : non omnibus una volu-
Heraclit⁹ ait, Democritusq; negat. (ptas:
III.

LIX. *JOANNES SAMUEL ALBINUS*
Dresda

Dresdá- Misnicus : *M. Petri Albini PP.*
 Witeb. & Electoris Sax. Historici, *filius* :
 Reipubl. Torgensis Poliater ; pro gradu
de Pleuritide, præside *D. Gvernero Rolevin-*
cio PP. A. C. 1638. 20. Jul.
 disputat.

Joannes Samuel Albinus *natus ad Albim*
Dresdæ: quæ Ensiferi Regia clara Ducis.
Joannes Samuel Albinus doctus ad Albim
nempe Witebergæ, quæ docet alma Bonos.
Joannes Samuel Albinus fatus ad Albim,
Torgaviæ, illius quæ medicamen habet.
Joannes Samuel Albinus dictus ad amnem
Salanum, Medica Doctor in Arte probus.

TRIGESIMA SEXTA.

A. C. 1640 4. Maji.

Decanô & Seniore Fac. Med. D. GVERNE-
 RO ROLEVINCIO, Promotore auté D. PAU-
 LO MARQUARDO SLEGELIO, utroque
 Hamburgô-Saxone, & PP.

Paulus Marquardus *faustô Slegeliq astrô*
E Padua ad Jenæ mænia amœna venit :
Excipit hunc Reducem Musarū rite corona,
& Professores inter adesse jubet.

Hunc

certa
 viget.
 SWi-
 adem
 Mar-
 im &
 r.
 rime
 ,
 ?
 es,
 s?
 nibus
 ates.
 arpo-
 volu-
 ptas:
 INIUS
 resda

Hunc Collegarū votō, Meditrina Brabeutā
eligit, assensum datq; Hygiea suum.

Artibus hinc Medicis præstātes quinq; salutat

Dectores: quorum nomina doct̄a canam.

Ô utinam mutas etiamnum traderet artes

in Jena Hippocratis, doct̄a Juventa, tibi!

At Patria Hamburgū Phæbæas illius artes
postulat. Hinc Jenā ritē vocatus abit.

Jam Patriæ spargit succos herbas q; salubres,

Sympatriotarum, Celsus ut alter, ovar.

Saxonicae mansit tunc Consiliarius Aulæ,
absens quam Medicō consilio ipse juvat.

Quod dedit huic, oculis vidi, diploma Wil-
helmus:

quæ dedit Albertus, munera clara, meis.

Slegeli, salve, morbi fistuca caduci:

salve Hamburgensis Flora decōra soli:

Namq; tuos metuit veniens Epilepsia &

Hydrops:

Lepraq; cū Podagra: sæva quadriga, mang.

I.

LIX. M. JOANNES PLACCIUS Thuringus:

M. NICOLAI Ecclesiastæ in Schwerstadio
prope Vinarium, Filius: Facultatis Philo-

10-

Sophicæ in Salana Adjunctus; Philoso-
phus, ipso D. P. M. Slegeliō teste, Insignis
& Medicus multijugâ experientiâ, lon-
ginquis itineribus per Belgiam: Angliam:
& Galliam instructissimus, hodie in am-
plissima Hamburgensium Republica Pra-
cticus fortunatissimus, pro gradu *de Scor-*
buto, præside D. ZACHARIA BRENDELIO
Juniore PP. A.C. 1634. 20. Jun.
disputat.

*L*abra rigavit aquis Sophicis suapura Joan-
Placcig & Medicis labra rigavit aq.s. (nes
Hinc ipsum Sophicum Doctorem Jena creavit
& Medicum: claret dignus utrōq; gradu.

Gallia eum vidit Medicinæ illustre Lycaum:
Dania Svecorum milite pressa diu.

Mercurij emporiū: Mavortis clara Palæstra:
& schola Musarum, Terra Batava, novem.
Post Professorem Medicum Salana vocavit:
ast Hamburgensis Juno retraxit eum.

II

LX. *GOTHOFREDUS VOGELIUS* Haynå-
Misnicus: Reip. Budissinæ in Lusatia Me-
dicus: pro gradu *de Palpitatione cordis*,
præ-

abeutā
salutat
anam.
rtes
tibi!
artes
it.
ubres,
var.
ulæ,
at.
Wil-
meis.
oli:
�
mang.
ngus:
stadio
Philo-
10-



præside D. PAULO MARQUARDO SLEGELIO

PP. A.C. 1639. m. 8br. disputat.

Gottfried Vogeliū didicisse fideliter artes
à puero Aonias Pæoniasq; juvat.

Propterea à spicitur rubræ cū tegmine mitræ,
quam capiti imponit dignè Hygæa suo.

Jam Budissinos curat feliciter Ægros
arte Machaoniâ, Pæoniaq; manu.

III.

LXI. **G**OTHOFREDUS Mœbius Lauchâ-
Thuringus: Chimicus eximus, jam in Sa-
lana Medicinæ PP. natus A.C. 1611. 17. 8br.
pro gradu *de Natura Cervi*, ejusq; usu & ar-
canis Hermetiis in foro Asclopia deo utilissi-
mis, præside D. GVERNERO ROLEVINCIO PP.
A.C. 1639. 25. 8br. disputat, & simul nuptias
celebrat cum matrona virtuosa Justina: M.
Theophili Ænetii Physices in Salana PP.
filia: D. Valeriani Theodori Clementis
Chimici olim Extraordinarii,
vidua.

TE, Gothofrede, canā levidensi carmine,
Mœbi,
qui studiis Medicis, qui Chimicisq; clues.

Lau-

GELIO
 r artes
 mitræ,
 suo.
 auchâ-
 in Sa-
 7. 8 br.
 u E ar-
 utilissi-
 CIO PP.
 ruptias
 : M.
 na PP.
 entis
 ,
 rmine,
 clues.
 Lau-

Laucha tibi Nutrix : tibi Doctrinæ Porta : Mi-
 filia, promotrix sed tibi Jena fuit. (nervæ
 Iena Machaonias cupidus tibi tradidit herbas
 & tribuit cunctos in medica arte gradus.
 Iena Professorem Medicum te nostra vocavit,
 postea Rectorem, Magnificumq; virum.
 Iena tua curæ commisit nobilem Apoldam
 & Rhemda. hos fundos nostra Salana tenet.
 Iena tuâ medicâ Chimicâq; salubriter ægra
 baetenus usa, Deo sic moderante, manu.
 Iena tibi junxit socialis fædere lecti
 Justinam. Æneti, quæ tua Gnata fuit ;
 Et latum fecit geminâ te prole parentem,
 illt Medicapatri pars in arte, precor.
 Salve, Phæbea clarissime in arte medendi
 Mœbi, Salana stella coruscæ poli,
 & vesillonis rigidi feralibus armis
 nunc præter morem tu otia amara para.

IV.

LXII. JOANNES DAMMENHAN
 Altenburgô Misnicus: pro gradu de Ascien-
 te, præside D. Paulo Marquardo Slegelio
 PP. A. C. 1640. 20. Mart.
 disputat.

In-

INter Doctores Ioannes Daimenhan; inter sidera Sol veluti Lunag₃ clara, micat.

Huic Altenburgum patrios urbs magna p-exhibuit; summū lena gradūg₃ dedit: (nates
V.

XLIII. JOANNES GEORGIUS WALTHERUS Lignicio-Silesius: magni Medicī filius: paternarum virtutum & studiorum æmulus industrius: pro gradu *Quæstiones Medicæ Illustres*, præside D. Gvernero Rolevicio PP. A.C. 1640. 10. April.
sub disputationis incudem
revocat.

JOANNES Patris vestigia clarae Georgi Waltheræ, inceptis sorte favente, premis.
Hinc tibi conciliat Medicinæ Phæbus hono-
& se se facilem præbet Hygæa tibi. (res
TRIGESIMA SEPTIMA:

A. C. 1641. 26. Jan.

Decanô D. PAULÔ MARQUARDÔ SLEGELIO
& Jatroteleste designatô D. GVERNERÔ Ro-
LEVINCIO, Facultatis Medicæ Seniore;
utroq; Hamburgo-Saxone
& PP.

I.



LXIV. *BALTHASAR WIDMARCKER*

Thuringus, Caspary, Nortlingia oriundi,
in Willerstadt Ecclesiastæ *Filius*, Serenissimi
mi Sax. D. Alberti Archiater & Reipubl.
Isenacensis Physicus: pro gradu *de Febre
pestilentiali & maligna in genere*: præside
D. Gvernero Rolevicio PP. A.C. 1640.

M. Jan. disputat.

Balthasar illustris Widmarcker in æde Ga-
conatus Medici præmia digna capit. (leni)
Isenacensis nunc Arcis & urbis habetur
defessis Medicus pharmaca iuta ferens.

LXV. *JOAN. WILIBALDUS HOPFNERUS* Vohenstrusio Palatinus, pro gradu
de Hemorrhagia in genere, præside *D. Paul
lo Marquardo Slegelio PP. A.C. 1640.*

13. Nov. disputat.

*Profatus Hippocratis generofò sanguineo,
summum (capit:
in Medica arte gradum, dignus honore,
Nomine Joānes Wilibaldus, stirpe sed Hopf
atq; Palatini german bonosq; soli. (ner,*

LXVI. *HIERONYMUS Bierling Lipsiā-Misnicus pro gradu de Scorbuto, præside D. Gvernero Rolevicio PP. A.C. 1640.*

4. iobris disputat.

Lipsia Natales Hieronyme patria Bierling offert, sed Medicū florida Iena gradum.
*Cui magis obstrictum te corde & voce fateris?
 Illa dat esse tibi: hæc dat bene at esse tibi.*

TRIGESIMA OCTAVA:

A. C. 1641. 28. 8br.

Decano D. GOTHOFREDO Mœbio PP. & promotore D. PAULO MAQUARDO SLEGELIO PP.

I.

LXVII. *ADAMUS Haberkorn Cizā-Misnicns Reipubl. patriæ Physicus Ordinarius; pro gradu de Affectione Hypochondriaca, præside D. Paulo Marquardo Slegelio PP. A.C. 1641. m. Febr. disputat.*

*S*ummos Adamo confert Habrkornio honores

Salana, in Medica quos solet arte dare.

Sed

Sed partes Pphysici committit patria Ciza,
que vetus à Mařna nomen & omen habet.

II

LXVIII. SAMUEL QUELMALZ, Frei-
bergā - Hermundurus, pro gradu de Molæ
uterina præside D. Gotthofredo Mæbio
PP. A.C. 1641. 16. 10 br. disputat.

Phebeas didicit Samuel Quelmalziq artes,
ob quas Ienensis Phœbus honestat eum.
Haec tenus ejus opem Medicā Freiberga popo-
quā patriæ felix præstítit ille suæ. (scit.)

III.

LXIX. TOBIAS MATTHÆI Oderā-
Misnicus; pro gradu de Pestilentie natura
& ratione, præside D. Gvernero Rolevicio
PP. A.C. 1641 22. 8 br. disputat.

Oderā Tobiam Matthiæ Misnia misit
arte informandum, Lipsia culta tibi.
Hunc informasti virtute atq; arte paterna:
scilicet Aoniā, Pæoniāq; probè.

Doctoris Medici Jenensis nomine Phœbus
est dignatus cum. Dignus honore fuit.

TRIGESIMA NONA:

A.C. 1642. 30. 7 br.

De-

Lipsiā-
ræside
40.

ierling
adum.
ateris?
e tibi.

PP. &
o

Cizā-
Ordi-
ochon-
Slege-
at.

kornio

e dare.
Sed



Decano D. PAULO MARQUARDO SLEGELIO
PP, & Promotore D. GOTHOFRDO
MOEBIO PP.

I.

LXX. JOAN: CHRISTIANUS VOL-
HARDIUS Jenā. Thuringus; pro gradu de
Luc Venerea præside D. Paulo Marquardo
Slegelio PP. A. C. 1642. 30. Aug.
disputat.

J AniChristiani gemino qui nomine gaudes,
in Volhardino flos adamate solo:
Quare nō Patrē sequeris, quē Syndicū honorat
Urbs Jena, oppressus Juridicumq; cliens?
Cur imitaris Avū maternū, illustre Theatrū
ingressus, Medicis quod Meditrina fruit?
Quisq; suæ sequitur Naturæ semina. Patri
Juridicina, tibi sed Medicina, placet.

II

LXXI. JOANNES AUGUSTUS WIN-
DORFFERUS Dræsenhovā-Moravus, pro
gradu de Ileo, præside D. Paulo Marquardo
Slegelio PP. A. C. 1642. 23. Septemb.
disputat.

Jo-

GELIO
DO
VOL-
adu de
uardo
g.
atades,
:
onorat
liens?
beatrū
uit?
.Patri
cet.
WIN-
is, pro
uardo
nb.

**JOAN. AUGUSTUS WINDORFFER nomine, tatus
 progressus Medicæ fecit in arte diu ;
 quantos à dignis Meditrina requirit Alūnis,
 quos Doctoratūs ornat honore sui.**

**Relligionis amor Moravorum linquere fines
 bunc jubet , atq; alios visere in orbē lares.
 òrarum exemplum ! dignumq; imitamine
 cunctis ,
 queis cura & cordi est intemerata fides.**

III.

**LXXII. JOANNES DRAWITZIUS
 Magdeburgō-Saxo, pro gradu de Icbore
 ulcerum seroso , Gliedwasser / præside D.
 GVERNEROROLEVINCIO PP. A. C.**

1642. 22.7 br. disputat.

**Oris Saxonici Joan. Drawitzius oris
 Magdeburgiaci gloria magna soli.
 Ult, præcessores mortis, depellere morbos
 annosq; ægrotis amplificare queas ,
 Et Sophico & Medico studio tua tēpora sacras ,
 cum Sophicos libros, tūm Medicosq; legēs.
 In primis Chimicas scrutaris sedulus artes ,
 Naturæq; datas interioris opes.**

Jo-

D

Hinc

Hinc in Doctorem Sophictum: Medicum:
Chemicumque
evadis, tria sunt hæc bona dæna Dei.

I V.

LXXXIII. GEORGIUS CHRISTOPHO-
RUS WOLFIUS Weisenfelsâ Misnicus:
pro gradu de Pleuritide, præside D. GOTHO-
FREDO MOEBIO pp. A. C. 1642.

m. 7^{ter}. disputat.

Qui primum à terræ cultura divite dicit,
alterū & à Christi nomine nomē habet,
In Weisenfelsa, præstante Georgius urbe
Christophorus patriam Wolfius ortus
habet.

Dum de Pleuritide facundō differit ore,
pro Medico, attollit jubila Hygæa, gradu.

QUADRAGESIMA:

Ann. C. 1644. 29. Octobr.

Decanō D. CHRISTOPHORO Schel-
hamer / Hamburgō Saxone, Anatomiæ :
Botanices & Chirurgiæ pp. Hortis Med.
Wilhelmino & Collegiali præfecto, ho-
die Universitatis Jenensis Rectore Ma-
gni-

gnifico; & promotore D. GVERNERO
ROLEVINCIO, Hamb. Sax. PP. & Fac.
Med. Seniore.

I.

LXXIV. CHRISTIANUS AUGUSTUS
MITHOBII Cellâ- Lunæburgicus Sax.,
pro gradu de Dysenteria præside D. Cbri-
stophoro Schelhammero PP. A. C. 1644.

26. Julii disputat.

Christian-Augustus Medicas Mithobius
artes

& Chemicum Studium fervidô amore solit.
Jenensis scandit clarissima pulpita ludi,
deque dysenteria publica verba facit.
Hinc sumos quavis absens, deportat honores,
quos Doctorales Gens studiosa vocat.

II.

LXXV. ECCARDUS LEICHNER Saltz-
ungâ - Thuringus Ohrdrüviensium &
Erfurdiensium successivè Physicus, atq;
Fac. Medicæ in Acad. Gerana Adjunctus:
pp gradu de Hæmorrhoidibus, præside D. Go-
tbredo Mæbio PP. A. C. 1643. 27. 8br.

disputat.

VI

D 2

Ec-

Eccardus Leichner Saltzungæ gratus A-
lumnus,

Sal patrūgʒ soli: Sol patrūgʒ poli.

Sangvifluos ani miratur acumine mentis

Venas, pro Medico nomine dis-qʒ-putat.

Hunc titulō Medici Doctoris Hygæa coronat,

& munus Physici patria credit ei.

III.

LXXVI, HEINRICUS Steinmeß Ille-bergā-Misnicus: in patria Medicus: *Mau-ritii, Med. Licent. & Mathem. Prof. in Acad. Lipsiensi Nepos, pro gradu, præside Gvernero Rofinckio PP. A. C. 1644.*

*18. 8br. de Suffocatione uterina
disputat.*

**HEinricus Steinmeß Medicorum sangvi-
ne natus**

quos dulcifovit Lipsia magna sinu.

In Medico bujg Avg viguit Mauritius horto:

nec non Joannes Patrus arte cluens.

Strenuus istorum vestigia clara secutus

Heinricus, Phæbi munera dignus habet.

IV

LXXVII. **JACOBUS** Haberstro Pega-
viensis Misnicus: perillustris Comitis in
Stolberg & Wernigeroda, ut & hujus Ur-
bis Medicus & Physicus ordinarius: **D.**
Tobie Patris in Physicatu successor **D. An-**
tonij Vari in Salana PP. **Nepos**, pro gradu
de Scorbuto, præside **D. Gotbredo Ma-**
bio PP. A. C. 1644. 5. 7 br.

disputat.

Jacobus patrias artes usumque medendi
Haberstro summâ sedulitate colit.
Pro Doctoratu Scorbuti damna recenset,
atque adversus eum forte levamen habet.
Wernigerodensi morbos supplantat in
Urbē,

Nobile Jacobi nomen & omen habet.

LXXIX. **JOANNES GEORGIUS MA-**
CASIUS Egra Bohemus, **D. Pauli** quo de
sub A.C. 1610. **Filius**, Zwicca viensium Me-
dicus: pro gradu de Epilepsia, præside **D.**
Christophoro Schelhamero, PP. hodie Re-

Etore Magnifico, A.C. 1644. II. 8br.
disputat.

Johannis *Artis Medicæ, sortisq; Georgi
Macasi hæredem te bona Fama canit.*
*Dogmata quæ docuit Cous: quas tradidit
artes*

Hermes, summatibi discere cura fuit.
Testatur, Mater puerorum, Epilepsia,
nuper

que Schelhamero præside doctafuit.

VI.

LXXXIX. *M. JOANNES NICOLAUS
FINCKIUS Smalcaldia Francus: progra-
du de Cancro ex fundamentis Hippocra-
ticis & Hermeticis, præside D. Gotthofredo
Mæbio PP. A.C. 1644. 10. Aug.*

disputat.

Joan Nicoleos quam s̄aves edit in horto
Fincke sonos, dulcis Flora & Hygæa, tuo!
Decantat Cancrum perimentem corporis
artus,

G dat consilium subsidiumq; valens.

Hinc suā circumdat victri ci tempora lauro
Phæbus, quæ dudum digna fuere cedrō.

VII.

LXXX. JOANNES THEODORUS
Schend/ Jenâ Thuringus, D. EUSEBI^H
in Salana Med. PP. *Filius*, pro gradu de
Melancholia Hypochondriaca, præside
D. GVERNERO, ROLEVINCIO PP.

A.C. 1644. 8. Mart. dispu-
tat.

Æ Mule Joannes artis Theodore pæterna
Schencke, Melancholici docte Patrono
mali:

Te Medicis gnavū juvat impallescere Chartis,
affiduè & Chimicis invigilare focis.
Hinc ex Italia Reducem te mactat honore
Doctoris, Medico Jena dicata choro.

VIII.

LXXXI. M. JOANNES ZENCKER
Sleitzâ-variscus, pro gradu de Hydrope
Tympanite præside D. Christophoro Schel-
hammero, PP. & Academiæ Jenensis Rectorc
hodiè Magnificô A. C. 1644
30. Aug. disputat.

JOANNES Zencker quare de nomine Litis,
& non de pacis nomine nomen babes?

D 4

Lis

br.
gi
nit.
adidit
uit.
osia,
it.
LAUS
o gra-
socra-
ofredo
horte
a, tuo!
rporis
s.
aurô
drô.
VII.

Lis mihi cum morbis, respondes: aurea
pax est
cum genere humano. dicta Hygæa
probat.

Tympanitem hydropis speciem oppugna-
re laboras,
Et pugnae Medicæ præmia victor habes.

IX.

LXXXII. M JOSEPHUS CLAUDERUS
Altenburgô Misnicus, Patri, Phil, Magi-
stro P.L. C. Ecclesiastæ Altenburgensi co-
gnominis: pro gradu de Renum & Vesicæ
Calculo, præside D. Gvernerô Rolevin-
cio PP. A. C. 1644. 13. 7br.
disputat.

Cur, Josephe, tibi, Claudere arridet A-
pollo,
atq; placet studiis splendida Hygæa suis.
Cur non patrissas? cur non vestigia Patris
vel fratris torques, quæ dat uterq; tibi?
Te Natura trahax Medicos invitat in
hortos,
Et capiti fertum dat Meditrinatuo.

Nunc

Conclusio:

*Nunc Te, de Christi qui nomine nomen
addeptus:*

*quiq; Schelhammerô stemmate natus
ovas:*

*Qui varios populos, Medicinæ captus
amore,*

visisti, Jovâ te moderante, tuae:

*In Medico cœlo qui splendida stella coru-
scas:*

Salani flores Floraque honora soli:

*Qui primum Rector Jenæ: primumq;
Decanus*

*audis; nunc inquam, Te alloquor ipse
lubens:*

*In Rectoratu, Medico Patrone Schelha-
mer/*

*inque Decanatu, sorte favente, tuo,
Digna Novem Medicæ Doctrinae insignia A-
lumnis*

unâ distribuit doctus Apollo vice.

*Tot Medicos uno promotos tempore nunquā
in Salana oculis vidit Hygæa suis.*

ecu

Sic

Nunc



Pro tanto Medici in Jena studij incremento
grates per solvo pectore & ore Deo ;
E precor, illorum quo cæpta secundet, Hy-
gææ

ad portum optatum navigiumq; trahat.
Sic tibi votivas suspendent, Jova, tabellas
Nauclero, & memores carmina grata ca-
nent.

Me Vobis humili grates interprete Hygææ
Rölfink; Mœbi, grata Schelhamer ;
agit.

Quòd Medico Medicos tantos plantâstis in
horto :

doctrinæ pluvia quòdque rigâstis eos :
Atq; alios Orbis quòd transportâstis in hor-
tos :

(est commune bonum vir bonus atque
probus)

quòd medicos succos: panaceam: herbasq; pa-
tentest

pæsim dispergant, auxiliante manu.

Vos morborum estis domitores : atque
salutis

Vos Promotores estis in orbe Boni,

313

Vos

Vos praesentatis Charitum etia Numinas:
Vos tres

Hippocratem : Celsum : Nicoma-
chumque, datis.

Jova Triune, juva Medicos tres : insuper
omnes

meq; meosq; precor : Jova Triune, juva !
Claudite nunc vivos Meditrina Hygiaeaque;
vestros :

nam vestras laudes prata bibere satis.

GRATULATIO
ad Dnn. Doctores Medicos ho-
die promotos gene-
ralis.

TRES Charites, Musasq; novem finxere

Poete,

ingeniô magni, judicioq; graves.

Nunc in Jenensi sunt Numinata tanta Lycaeо,

splēdida quā Medicū Lumina totq; Chorū.

Tres Professores Medicinæ publici ad instar
sunt Charitum, Famâ sic referente, trium.

In-

Vos

*Instar, Roſincki, Aglaie: Mæbiq; Thalię:
instar & Euphrosynes ritę, Schelham-
mer, ades.*

*Sunt novem honoripetæ Medici: mirabile
diētu!*

*qui Musas referunt, forte ita dante, novē.
Inter honoripetas nūc unoquisq; refertur:
ac inter Musas invenit ille locum.*

*Nomina quòd Charitū, mirari desinc, Lector:
Nōina Musarū quòd dederim hīscē Viris.
Fœmina Virq; colant Charites Musasq;ue,
decenti*

*sint grati & docti Fœmina virq; gradu.
Tertria sive novem cuivis distichamitto
Doctori: accipiānt ter tria sive novem.*

*Jehovæ Triuni
Medicinæ Autori Opt.
Max. summo glo-
ria.*

F I N I S.

Yedr.

ULB Halle
004 950 682

3




VÖ17 m. C


halie:
nam-
bile
nové.
rtur:
ctor:
iris.
sque,

lu.
rio
em,

TER
niva
SPE
eute







Medicinæ
DOCTORUM & LICENTIATORUM
publicâ solennitate,
in Salana
promotorum.
Syllabus
metricè conscriptus
&
promotis hodie Doctoribus
(Novenario Musarum numero
respondentibus)
benevolè inscriptus
à
M. ADRIANO Beierm /
Ecclesiæ Jenensis
Diacono.
A.C.1644.29.8bris.
J E N A E
Typis Lobensteinianis.